



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 36. Hæresis Aerianorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

Sæculum IV. *hominis capiti imponere.* Tandem Con.  
A. C. 392. cilium suæ Sectæ Episcoporum coegerit  
 Sangarin, urbem commerciis notissimam,  
 prope Helenopolim in Bithynia, in quo  
 Sabbatius comparere jussus. Causam in-  
 terrogatus, cur se ab Episcopo separaret,  
 respondit, Decretum Concilii Pariensis  
 de Paschate non observari. Parus, vi-  
 cus erat Phrygiae, ubi aliqui Novaciano-  
 rum Episcopi, sub Valente Principe con-  
 congregati, ut eo magis a Catholicis distin-  
 guerentur, decreverant, ut eo tempore  
 quo Judæi, Diem Paschalem, verumca-  
 men semper die Dominica, celebrarent.  
 Concilium Sangariense, ne ulla Sabbatio-  
 excusationis umbra superesset, statuit, ut  
 cuique Pascha ea, qua vellet, die celebrare  
 liceret, dummodo ab aliorum Commu-  
 nione non recederet. Hoc Decretum No-  
 vatianorum, non tantum Decreto Concilii  
 Nicæni, sed etiam primis ipsorum regu-  
 lis contrarium erat, utpote, qui conser-  
 vandæ strictioris Disciplinæ specie ab Ec-  
 clesia discesserant.

### §. XXXVI.

#### *Hæresis Arianorum.*

Diversis Arianorum Sectis accensi-  
 possunt Arianiani, quamvis in Doctrina  
 Trinitatis ab Ecclesia non diverterent;  
 Auctor hujus hæresis fuit Aerius, Eusta-  
 thi Sebastei amicus, & ejusdem olim in  
 vita

*Epiph. hær.*

75.

vita ascetica socius. Episcopatus Digni- Sæculum IV.  
tatem ambiebat, videntemque, quod eam A. C. 392.

Eustathius ante se esset asscutus, ingens  
invidia torcit. Eustathius, ut saucium  
amici animum foveret, nihil non egit;  
eum in Presbyterum ordinavit, & hospi-  
tio suo Præfectum posuit; cum tamen  
de se querulari non cessaret, verbis irri-  
tatum aggressus, blanditias, minasque  
adhibuit, sed frustra omnia! ille, Noso-  
comio abscedens, magnam virorum, fæ-  
minarumque multitudinem ad se attra-  
xit, & quia omnibus Ecclesiis, urbibus,  
vicisque pellebantur, in Sylvis, specubus,  
aut patulis campis congregabantur, non  
nunquam nivibus copiose cadentibus te-  
sti. Aerius illo adhucdum tempore in  
vivis agebat, quo S. Epiphanius suum de  
Hæresibus tractatum scribebat, nempe  
circa annum 376. Secta vero ejus ali-  
quamdiu duravit, & S. Augustinus, de *Hær. 53.*  
eadem materia circa annum 428. scribens,  
eos nominat inter hæreticos existentes.  
Aerius totus erat Arianus, at errores ejus  
speciales præcipue ad tres sequentes re-  
duci possunt; nullam esse distinctionem  
inter Episcopum, & Presbyterum. In-  
utile esse orare pro mortuis. Jejunia,  
observare festa, etiam Paschalia, nihil  
prodesse, dicebat quippe hæc omnia esse  
cæremonias Judaicas. Econtra S. Epi-  
phanius hos hæreticos insaniæ arguit, &

Q 99 2 maxime

Sæculum IV. maxime per traditionem, atque omnium  
A. C. 392. Ecclesiarum consensum refutat. Ostendit, in eo Episcopum, & Presbyterum differre, quod Episcopus Ecclesiæ Patres signat per ordinationem, Presbyter vero solummodo filios per baptismum procreet; quia Presbytero imponendi manus potestas non est. (\*) Et quia illos textus detorquebat Aerius, ubi S. Paulus promiscue nomen Episcopi, & Presbyteri adhibere videtur, S. Epiphanius afferit, in Ecclesiæ primordiis ab Apostolis quandoque Episcopos, & Diaconos, nullos autem Presbyteros, quandoque Presbyteros, & Diaconos sine Episcopis pro locorum necessitate, & merito Personarum ordinasse.

### §. XXXVII.

#### *S. Augustini Secessus.*

**Civit. XXII.** In Africa S. Augustinus fortiter pugnabat in hæreticos, præsertim Manichæos, 6. 18. sponte suis dissensionibus Sectæ suæ rui-

nam

(\*) Hic in adjecta annotatione Protestans dubitat, an Distinctio Episcopi, & Presbyteri sit Juris Divini. Hujus Quæstionis Definitionem ex S. Epiphanius verbis discere debuisset. Quæ Juris Divini non sunt, nec constanter, nec ubique, nec ab Ecclesiæ primordiis observata fuere; nunc si enim Jure Divino Potestas est Presbyteri ac Episcopi, ostendat aliquis Episcopum vel Presbyterum aliquando a Presbytero non Episcopo fuisse ordinatum.